Q. F. F. UNIVERSITAS VARSOVIENSIS F. Q. S.

Nos

Catharina Chałasińska-Macukow
scientiarum physicarum doctor habilitata, in Facultate Physicae professor
Universitatis Varsoviensis
h. t. Rector Magnifica

HOC TESTIMONIUM UNIVERSIS ET SINGULIS EXHIBEMUS
PRAESENTIBUS LITTERIS TESTIFICAMUR

Illustrissimum Dominum

GEORGIUM SZACKI

qui dissertationem quae inscribitur
„Idea „Ojczyzny" i idea „Narodu" w polskiej myśli szlachecko-rewolucyjnej"
luculenter confecisset et examina, quae ad eorum,
qui doctoris gradum consequi student, scientiam probandam praescripta sunt,
laudabiliter superasset,
die IX mensis Iunii anno MCMLIX in sessione Consilii Facultatis Philosophicae
doctorem creatum ac renuntiatum esse,
in quorum fidem documentum a professore Romano Suszko,
Facultatis Philosophicae Universitatis Varsoviensis
tum temporis Decano Spectabili, consignatum est.

SOLLEMNE HOC FACTUM
QUINQUAGINTA ANNIS PERACTIS COMMEMORANTES
PROPTER PROFESSORIS

GEORGII SZACKI

in philosophiae scientiam promovendam, in iuvenes educandos, erudiendos ac virtutum amore capiendos,
in Philosophiae Facultatem adornandam merita insignia,
necnon propter plurimos libros, dissertationes ac scripta publici iuris facta atque propter decus,
quo honorabile nomen Almae Matris nostrae modestissime ac honestissime vivendo ornavit

AUCTORITATE

Senatus Universitatis Varsoviensis
(die XVI mensis Decembris anno MMIX)
eundem doctoris gradum ei renovamus renovatumque nuntiamus.

Datum Varsoviae, die XIV mensis Iunii anno MMX

h. t. Rector Magnifica
Catharina Chałasińska-Macukow